

40

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

40

1494 marzo 14, Ind. XII, Matera

† In nomine domini nostri Iesu Christi anno a nativitate eiusdem millesimo quadragentesimo nonagesimo quarto. Regnante ... Alfonso secundo de Aragonya, Dey gratia Sicilie, Ierusalem et Hungarie rege, regnorum eius anno primo... mense marcii, die quartodecimo eiusdem duodecime indictionis, Mathere.

Nos Nicolaus Venusius, de civitate Mathere, per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate iudex ad contractus, Paulus Agathus, de affata civitate ... puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie citra farum regia auctoritate notarius, dominus Nicolaus Franciscus de Rosana, de Melionico, decretorum doctor, dopnus Matheus de Ciminello, dopnus Franciscus Iohannis de Castellaneto, dopnus Nicolaus Angeli de Aleis, dopnus Iulianus de Iacutio, testes... de affata civitate Mathere ... fatemur ... quod ... constitutis Iacobo Leonis de Scopta et Milia, eius uxore, de dicta civitate ... et ... dopno Cicco de Monacello, de affata civitate ... procuratore ... monasterii ... Sancte Lucie de dicta civitate ... prefati ... Iacobus et Milia ... asseruerunt ... habere ... acquisitis ex eorum fatigiis et laboribus propriis griptam unam lamiatam cum platea ante ipsam ... in civitate Mathere, intus in Saxo Caveoso, in pictagio Sancte Lucie, iuxta griptas dicte ecclesie ex utroque latere, iuxta viam qua itur ad dictam ecclesiam Sancte Lucie a parte superiori, iuxta ortum dicte ecclesie, via vicinali mediante ... et placuit eisdem ... dictam griptam ... vendere ... Qua propter prefati ... iugales, stante ... cum eadem Milia ... Matheo Antonii de Sturnuto, de Matera, pro suo munduo electo et petito per eam, datoque sibi per nos prefatos notarium et testes ac confirmato per supradictum Nicolaum Venusium, iudicem, per potestatem regiam de

confirmandis mundualdis mulieribus legitimo carentibus
 ... concessam per sacram regiam maiestatem, pro ut patet
 per suum privilegium iudicatus, in defectu sui legitimi
 mundualdy ... sub cuius munduo se esse recognovit,
 consensum et auctoritatem sibi prestante in tota huius
 puplici scripti serie et non ultra ... vendiderunt prefato
 dopno Cicco de Monacello ... dictam griptam ... sub
 anno censu ... tarenis unius solvendorum ... imperpetuum
 ... dicto monasterio ecclesie Sancte Lucie ... pro precio
 unciarum duarum et tarenorum decem...

† Ego Nicolaus Franciscus de Rosana de Milionico
 decretorum doctor testis interfui

† Ego Nicolaus Venusius regius qui supra ad contractus
 iudex pro iudice interfui et me subscripsi

† Ego dopnus Nicolaus de Aliis qui supra testis testor

† Ego dopnus Iulianus de Iacucio qui supra testis testor

† Ego dompnus Franciscus Iohannis de Castilaneta qui
 supra testis testor.